



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

6. Fortunæ inconstans cœcitas, & cœca inconstantia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45653

enim de Antonino Pio moriente Iulius Capitolinus scribit : *Tertia die, cum se grauari videret, M. Antonino Rempub. & filiam, presentibus Praefectis, commendauit, Fortunamq; auream, qua in Principum cubiculo ponи solebat, transferri ad eum iussit.* Et de Seuero Spartanus. in Spartian. in Seuero. *Fortunam regiam, qua comitari Principes, & in cubiculis ponи solebat, geminare statuerat, ut sacratissimum simulachrum viriq; relinqueret filiorum : sed cum videret, se perurgeri, sub horam mortis dixisse fertur, ut alternis, apud filios Imperatores, in cubiculis poneretur.* Igitur seruabatur, fortuna aurea, in Imperatorum cubiculis, quasi regni fatum ; quasi Palladium quoddam, quasi Dea felicitatis : sed Dea inconstans, vaga, leuis.

VI.

Tacitus 3.
Annal.

Phil. quod
Deus sit im-
mutabilis.

Dio lib. 58.

Senec lib. 6.
de Benefici-
is.

S. Aug. l. 5.
de Ciuit.

Itaque, sicut illa in cælo est æterna, ita hæc diaria est felicitas, & trallaticia ; quæ, in statua sua, aurea, re ipsa viure a est, cum splendet, frangitur. Quod testantur complures. Tacitus ait : *Nihil rerum mortalium tam instabile & fluxum est, quam potentia non sua vinixa.* adeò, vt *Fortunam citius reperias, quam retineas.* Ad stipulatur

Philo his verbis : *Nihil est, quod mortales tanto affectu desiderant, re ipsa nihil : sed umbra, aut aura, antequam subsistat, prætercurrent. Accedit, & recedit, Euripi, & astibus maris similis.* Subscriptit & Dio, quo teste, Seianus luculentum *Fortunæ ludibrium, Fortunam Seruij Tullij,* quam domi superstitione habitam libationibus & sacrificijs colebat, repente vidi se auertentem, expertus postea, quod in imagine vidit prius. Sed, antè omnes, graphicè Seneca, *Omnia, inquit, ista, que vos tumidos, & supra humana elatos oblinisci cogunt nostræ fragilitatis, quæ ferreis clausfris armati : que ex alieno sanguine rapta vestra defenditis : propter quæ classes cruentatur as maria deductis: propter quæ quassatis urbes, ignari quantum telorum in aduersos Fortuna comparet : propter quæ, ruptis toties affinitatis, amicitiae collegij federibus, inter contendentes duos, terrarum orbis elitus est.* Non sunt vestra, in depositi causa sunt, iam iamq; ad alium Dominum spectantia : aut hostis illa, aut hostilis animi successor inuidet. Sed audiamus iterum

iudicem Augustinum, cuius hæc sunt : *Non nos vel filios nostros felices diuinitate terrena faciunt : quæ nobis viuentibus amittenda sunt ; vel a quibus nescimus, vel forte a quibus nolumus possidenda.* Sed Deus felices facit, qui est vera opulentia mentium. Verè Poëta...

Fortuna immeritos auget honoribus.

Fortuna innocuos cladibus afficit.

Iustos illa viros pauperie grauat,

Indignos eadem diuinitas beat,

Quæ-